Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Missale Dominicanum - Cod. St. Peter perg. 20

Oberitalien, [um 1250 u. 2. Hälfte des 15. Jh.]

In dedicatione

urn:nbn:de:bsz:31-27697

Visual Library

eis: andreas frater symonis pe-
tri. Est puer unus hic: qui
habet quinque panes ordeaceos.
et duos pisces. Sed hec quid
sunt inter tantos? Dixit ergo
ihesus. Facite homines discumbere.
Erat autem fenum multum in lo-
co. Discubuerunt ergo vi-
ri: numero quasi quinque mili-
a. Accepit ergo ihesus panes:
et cum gratias egisset. distri-
buit discumbentibus. Similiter
et ex piscibus: quantum vo-
lebant. Ut autem impleti
sunt: dixit discipulis suis. Col-
ligite que superaverunt frag-
menta: ne pereant. Colle-
gerunt ergo: et impleverunt
duodecim cophinos fragmen-
torum. ex quinque panibus or-
deaceis. que superfuerunt his
qui manducaverant. Illi er-
go homines cum vidissent quod
fecerat signum: dicebant.
Quia hic est vere propheta:
qui venturus est in mundum.

Propicius esto domine **Sec.**
supplicationibus nostris. et
populi tui oblationibus precibusque
susceptis. omnium nostrum
ad te corda converte. ut a ter-
renis cupiditatibus libe-
ri ad celestia desideria tran-
seamus. Per. **Postcom.**
Concede nobis domine quesumus:
ut per hec sacramenta que
sumpsimus: quicquid in nostra
mente viciosum est. tue me-
dicationis dono curetur. Per.

In dedicatione ecclesie. Offm.

Terribilis est locus iste. hic
domus dei est. et porta celi et
vocabitur aula dei. **Ps.** Quam di-
lecta tabernacula tua domine virtu-
tum concupiscit et deficit anima mea
in atria domini. Gloria. **Oro.**

Deus qui nobis
per singulos annos
huius sancti templi
tui consecrationis reparas
diem. et sacris semper myste-
riis representas incolumes:

exaudi preces populi tui: 7 presta
ut quisquis hoc templum be
neficia petiturus ingreditur:
cuncta se impetrasse letetur.

P. lectio libri apocalipsis beati johannis apostoli.

In diebus illis: Vidi civi
tatem sanctam ierusalem novam descendentem de celo: a
deo paratam: sicut sponsam or
natam uiro suo. Et audiui
uocem magnam de throno dicen
tem. Ecce tabernaculum dei
cum hominibus: 7 habitabit
cum eis. Et ipsi populus eius e
runt: 7 ipse deus cum eis erit
eorum deus. Et absterget
deus omnem lacrimam ab oculis
eorum: et mors ultra non erit.
neque luctus. neque clamor. ne
que dolor erit ultra. que pri
ma abierunt. Et dixit qui
sedebat in throno. Ecce
noua: facio omnia. R. locus
iste a deo factus est inestimabile
sacramentum. irreprehensibilis est.

V. Deus cui astat angelorum chorus.
exaudi preces seruorum tuorum. Alleluia.
V. Adorabo ad templum sanctum tu
um 7 confitebor nomini tuo. Aliud.
Alleluia. V. Vox exultationis 7 salu
tis in tabernaculis iustorum. Se

In illo tempore: cundum lucam.

Ingressus ihesus: perambu
labat iericho. Et ecce uir
nomine zacheus: et hic
erat princeps publicanorum.
7 ipse diues. Et querebat
uidere ihesum quis esset: et
non poterat pre turba. quia
statura pusillus erat. Et
precurrens ascendit in arbore
sicomorum ut uideret illum:
quia inde erat transiturus.
Et cum uenisset ad locum:
suspiciens ihesus uidit illum
et dixit ad eum. Zachee
festinans descende: quia ho
die in domo tua oportet me
manere. Et festinans descendit:
et excepit illum gaudens. Et
cum uiderent omnes: murmu

rabāt dicētes. quod ad ho
minē peccatorē diuertisset.
Stans aūt zacheus: dix
ad dnm. Ecce dimidium
bonoꝝ meoꝝ dñe do pau
pib;: et si quid aliquē de
fraudaui. reddo quadruplū.
Ait ihs ad eū. Quia hodie
salus domui huic facta est.
eo quod et ipse filius sit a
brahe. Venit fili⁹ hominis
querere ⁊ saluū facere: qd
perierat. Credo. Off. Dñe
deus in simplicitate cordis mei
letus optuli uniu̾sa. ⁊ pplm tu
um qui repꝑt est uidi cū ingēti
gaudio. deus isrl̄ custodi hanc
uoluntatem. Sec.

Annue qs dne precib; nr̄is.
ut quicūq; intra tēpli hui⁹
cuius anniu̾sariū dedica
tiōis diem celebram⁹. ambi
tum ɔtinemur. plena tibi
atq; pfecta corporis ⁊ anime
deuotiōe placeam⁹. ut dum
hec p̄sentia uota reddimus
ad et̄na premia te adiuuā
te uenire mereām̄. P. Co.
Dom⁹ mea dom⁹ orationis uocabit̄
dicit dns. in ea omis qui petit
accipit ⁊ qui q̄rit inuenit et pul
santi aperietur. Post com.

Deus qui ecclīam tuam
spōsam uocare dignat⁹
es. ut que habet grām per
fidei deuotionē. habet etiā
ex noīe pietatē: da ut oīs
hec plebs nomini tuo s̄ui
ens. hui⁹ uocabuli ɔsortio
digna eē mereat̄: ⁊ ecclīa
tua intēplo cui⁹ anniu̾sari⁹
dedicatiōis dies celebrat̄.
tibi collecta. te timeat. te
diligat. te sequat̄: ut dū
iugit̄ per uestigia tua gra
ditur. ad celestia promissa
te ducēte peruenire merea
tur. Qui uiuis.

Poctauas fiat sic in die. excep
to qd sequētia et Credo non
dicuntur. ⁊ qd predicta all̄:
dici poterūt alternatim.

In p̉mo āno dedicatiōis:

Deus qui inuisibilit̃ Oro.
om̄ia ꝯtines. et tam̄ pro
salute gn̄is hūani signa
tue potētie uisibilit̃ ostē
dis: templū hoc potētia
tue inhabitatiōis illustra:
ut om̄s qui huc dep̄caturi
ꝯueniūt: ex quacūq; tribu
latione ad te clamauerint.
ꝯsolatiōis tue beneficia cō
sequantur. P̄. Sec.

Om̄ps sempiterne d̄s tem
plum hoc nōi tuo dicatū
celesti uirtute ⁊ bn̄dictiōe
scīfica. ⁊ om̄ib; in te spāan
tib; auxiliū tui mun̄ osten
de. ut hic et sacram̄torum
uirtus. ⁊ uotoꝝ optineat̃
effectus. P̄. Post cō.

Quesum̄ om̄ps deus: ut
hoc in loco qui nōi tuo dica
tus est. cunctis petētib;
aures tue pietatis accō
modes. P̄.

In uigilia sancti Andree.

...s redemptor omnium qui saluti prudens hominum mundo dedit sanctum dominicum
...dicatorum ordinis dux et pater dominicus qui conformat nos uir[tute] ... euangelicus